



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MDLX. ad annum MDCXXIII.

Parisiis, 1644

Innocenti papæ IX. vita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15522

774 INNOCENTII PAPÆ IX. VITA.

Iuerit. Morbus qui multorum malo vitæ filum illi abruptit, fuit febris continua, & reddendi lotii difficultas ex calculo nata. Quinque cardinales creauit, de quorum numero fuit Sfondratus. Sedes post eius mortem dies 15. vacauit.

VITA

INNOCENTII PAPÆ IX.

ANNO
CHRISTI
1591.

Inno-
centius IX.
qualis, &
quando
pontifex?

INNOCENTIVS IX. cathedralm sancti Petri conscendit die 29. Octobris, anno Christi nati 1591. tempore Rodulphi II. imperatoris. Ante pontificatum Ioannes Antonius Farquinetus nomen illi fuit. Cardinalis sanctorum quatuor Coronatorum a Gregorio XIII. factus est. Summa integritate, variaque in omnibus pene facultatibus eruditione imbutus, rerum usu & longa praxi edocitus, omnium animos in meliorem spem erexit. Verum grauis annis, curis, & laboribus fractus, postquam populum a plerisque grauaminibus liberasset, duosque ex fratre pronepotes in purpuratorum ordinem adsciuisset, ad quietiorem vitam migravit 29. Decembris anno Domini nostri 1591. Post obitum eius vacauit sedes vno mense.

VITA

CLEMENTIS PAPÆ VIII.

ANNO
CHRISTI
1592.

Clemens
VIII. qua-
lis, & quan-
do ponti-
fex creatus?

CLEMENS huius nominis VIII. Hippolytus Aldobrandinus antea nominatus, ex cardinale sancti Pancratii, & summo poenitentiario, trigesimo die post ingressum conclave magno omnium cardinalium consensu & studio renuntiatus est pontifex tertio Kalendas Februarii anno Redemptoris nostri 1592. tempore Rodulphi II. imperatoris. Clementis nomen illi impositum est, quod magna apud omnes existimationis, incredibili prudentia & dexteritate legationem nobilissimam & utilissimam in Polonia obiisset, aliasque res ecclesiæ difficillimas & grauissimas confecisset. Princeps erat iis animi dotibus praeditus, quæ in summo viro & uniuersali pastore desiderari possunt. Initio pontificatus, (teste Baronio, anno 369.) quo-